



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia**

**Karchne, Simon**

**Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714**

§. XIV. An monasterium professo succedat in fideicommisso cum  
exclusione substituti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40013**

Quæres tertio an Domino directo  
competat jus retractus seu potestas primo  
loco emendi rem Emphyteuticam, dum  
hæc est venalis. *Resp.* Affirmative ex L.  
3. de jure Emphytent. Ubi conceduntur  
illi duo menses ad deliberandum, si velit  
jure Prothimyleos, seu retractus ad se re-  
trahere, ac consolidare Dominium utile  
cum directo, hoc prælationis jus cum sit  
personale, nequit Dominus directus ulli  
alteri cedere, Zoës, in Cod. de jur. Em-  
phytent.

Quæres quartò an Emphyteuta Do-  
mino directo debeat primo loco offerre fru-  
ctus venales? *Resp.* Emphyteutas nul-

lo jure teneri fructus venales prius offerte  
Dominis suis, quam deferre ad forum i-  
ta Christoph. Chlingensp, in Afferit. 62.  
Cum Gasparo Mantio, Alvaro Valasquez,  
Neque argumentum recte dicitur à fun-  
do Emphyteutico ad fructus hujus, quia  
pleno jure spectant ad Emphyteutam, fruc-  
tus fundus: unde refert, quod in facti  
contingentia in aula Electorali Saxonica &  
à Collegio Juri Consulorum Wittenber-  
genium fuerat judicatum contra quandam  
nobilem præcipientem subditis, ut fibi  
præ alijs vendant edulia & cibaria, ut pul-  
los, Gallinas, butyrum, &c.



### §. XII.

#### *Resolutio decem quæstionum de Emphyteusi.*

DE his infra à num. 425.

### §. XIII.

#### *An ususfructus Professi transeat ad Monasterium?*

Vide de hoc à num. 433.

### §. XIV.

#### *An Monasterium Professo succedat in fideicommisso cum exclusione substituti?*

DE hoc infra à num. 434.

### §. XV.